

cote nomē ei⁹. **D**ñs pterēs bella. dñs nomen  
 ē illi. Qui posuit castra sua i medio pli sui; vt  
 eripet nos d manu oim inimicoz nroꝝ. **A**it  
 assur ex mōtibz ab aqlone in mltitudine for  
 titudis sue. Cuius mltitudo obturauit torrē  
 tes ⁊ eq̄ eoz coopuerūt valles. **D**ixit se incen  
 sup fines meos. et iuuenes meos occisuz gla  
 dio: infantes meos dare in pdam. ⁊ ḡgines  
 in captiuitatē. **D**ñs aut̄ oipotens nocuit euz  
 et tradidit eū in manus femine. ⁊ pfudit eum  
**N**ō em̄ cecidit potens eoz a iuuenibus. nec fi  
 lū titan pcusserit eū. nec excelsi gigātes iposu  
 erūt se illi. **S** Judith filia merari in specie faciei  
 sue dissoluit euz. **E**xuit em̄ se vestimento vi  
 duitari: et induit se vestimento leticie in exul  
 tatōe filioꝝ isrl̄. **A**nxit faciem suaz ynguento  
 colligauit cinninos suos mitra ad decipien  
 dum illuz. **S**andalia eius rapuerunt oculos  
 eius. pulcritudo eius captiuaz fecit aiā ei⁹  
 amputauit pugione ceruicēz eius. **H**orruerūt  
 ple pstantiaz eius. ⁊ medi audaciā eius. **T**ūc  
 vlulauerūt castra assyrioz qm̄ apparuerūt hu  
 miles mei. arefcentes in siti. **F**ilij puellarū cō  
 punxerūt eos. et sic pueros fugientes occide  
 runt eos. pierunt in plio a facie dñi dei mei.  
**H**ymnū cantem⁹ dño. ⁊ hymnū nouuz cante  
 mus deo nro **A**donai dñe magnus es tu. ⁊ p  
 clar⁹ in p̄tute. ⁊ quez supare nemo pōt. **T**ibi  
 fuit ois creatura tua: qz dixisti et facta sunt  
 misisti spm̄ tuū ⁊ creata sunt. ⁊ nō est q̄ resistat  
 voci tue. **M**ontes a fundamenti mouebunē  
 cū aq̄s. petre sic cera liq̄scent an̄ faciez tuam.  
**Q**ui aut̄ timēt te magni crūt apd te poia **G**e  
 genti insurgenti sup gen⁹ meū. **D**ñs em̄ oipo  
 tens vindicabit in eis. in die iudicij visitabit  
 illos. **H**abit em̄ ignez ⁊ xmes in carnes eozū  
 vt vranē ⁊ sentiāt vsq̄ in sempitnū. **E**t factū  
 est post h ois pls post victoriaz veit i hierlm̄  
 adorare dñm. et moꝝ vt purificati sunt obtu  
 lerunt oēs holocausta ⁊ vota et re pmissiōes  
 suas. **P**orro iudith vniūsa vasa belica holo  
 fernis q̄ dedit illi pls et canopeum qd̄ ip̄a su  
 stulerat obtulit in anathema obliuiois. **E**rat  
 autez pls iocundus fm̄ faciez sc̄toꝝ et p tres  
 menses gaudiuz huius victorie celebratū est  
 cū iudith. **P**ost dies autez illos vnusq̄sq̄ re  
 dūt in sua. ⁊ iudith magna facta est in bethu  
 lia. ⁊ p̄clarioꝝ erat vniūse t̄re isrl̄. **E**rat etiā p̄  
 tuti castitati adūcta: ita vt nō cōḡscret virū  
 oib⁹ diebus vite sue. ex q̄ defunct⁹ est manaf  
 ses vir ei⁹. **E**rat aut̄ diebus festi pcedēs cum  
 magna glā. **M**ansit aut̄ in domo viri sui an  
 nos centū q̄nq̄. ⁊ dmisit abram suaz liberā. ⁊  
 defuncta est ac sepulta cū viro suo i bethulia  
 luxitq̄ illaz ois pls diebus septeꝝ. **I**n oi aut̄  
 spatio vite eius nō fuit q̄ pturbaret isrl̄. ⁊ post

mortez eius annis multis. **D**ies aut̄ victorie  
 huius festiuitatis ab hebreis in numero san  
 ctorum dierum accipit ⁊ colit a iudeis ex illo  
 tpe vsq̄ in p̄ntem diem.

**E**xp̄icit liber Judith. **I**nci  
 pit prologus in librū Hester.

**I**storum hester varijs transla  
 toribus cōstat eē vitiatū quē  
 ego d̄ archiuis hebreoz reue  
 lans ḡbum e ḡbo exp̄ssi⁹ trā  
 stuli. **Q**uē librū editio vulga  
 ra laciniōsis hinc inde ḡborū

finibus trahit: addes ea q̄ ex tpe dici poterāt  
 ⁊ audiri. sic solitū est scholarib⁹ disciplinis sū  
 pto themate excogitare q̄bus ḡbis vti potu  
 it q̄ iniuriāz passus est. vel ille q̄ iniuriā fecit.  
**N**os aut̄ o paula ⁊ eustochium qm̄ et biblio  
 thecas hebreozū studuistis intrare. et in ter p  
 tuz certamina cōprobastis: tenētes hester he  
 braicū librū p singula ḡba nram̄ translatōez  
 aspiciēte: vt possit agnoscere me. nihil etiā au  
 gmētasse addendo q̄ fideli testimonio simplici  
 ter sicut in hebreo habet. hystoriam hebraicā  
 latine lingue tradidisse. **N**ec affectamus lau  
 des hoim. nec vitupatōes expauescim⁹: deo  
 em̄ placere curantes. minas hominum peni  
 tus nō timemus: qm̄ deus dissipat ossacozū  
 q̄ hoibus placere desiderant. ⁊ fm̄ apostoluz  
 q̄ eiusmodi sunt. serui christi esse non possunt  
**R**ursum in libro hester alphabetuz ex mino  
 vsq̄ ad theta lram̄ fecimus diuersis in locis  
 volentes. s. septuaginta interpretuz ordinē  
 p hoc insinuare studioso lectori. **N**os em̄ iux  
 morem hebraicū ordinem p̄seq̄ etiam in se  
 ptuaginta editione maluimus.

**E**xPLICIT PROLOGUS. **I**NCIPIT  
 LIBER HESTER. **C**APITM I

**I**n diebus  
 asueri q̄ regnauit ab in  
 dia vsq̄ ethyopiaz sup  
 centū vigitisepte puin  
 tias: qm̄ sedit in solio re  
 gni sui: susa ciuitas re  
 gni ei⁹ exordiu fuit **T**er

tio igif̄ ano iperij sui fecerat grāde puuiū cū  
 ctis p̄ncipib⁹. ⁊ pueri suis fortissimis p̄larū ⁊  
 medoz iclit ⁊ p̄fecti puittiaz corā se. vt ofide  
 ret diuitias glē regni sui. ac magnitudinē atq̄  
 tactātiāz potētie sue mltō tpe. centū videlicet  
 ⁊ octoginta diebus. **L**unqz implerent dies  
 conuiuij inuitauit oēm pplm̄ q̄ inuentus est in  
 susis a maximo vsq̄ ad minimum. ⁊ iussit se  
 ptem diebus puuiū p̄parari i vestibulo hor  
 ti et nemoris. que d̄ regio cultu et manu con  
 situm erat. **E**t pendebant ex omni parte ten

*Conuiuiū asueri*

*nomē Adonai*

*noena*

*Judith casta*

tota aerei coloris et carbasi ac hyacinthini  
 sustentata fimbriis byssinis atque purpureis quae  
 eburneis circulis inserti erant. et colubis mar-  
 moreis fultiebant. Lectuli quoque aurei et argentei  
 super pauimentum smaragdino et pario stratus  
 lapide dispositi erant. quod mira varietate pictu-  
 ra decorabat. Dibeant autem quae iuitati erant. aure-  
 is poculis. et alijs atque alijs vasis cibi infere-  
 bant. **U**nus quoque ut magnificentia regia dignus  
 erat abundans et principum ponebat. **R**ecerat quae  
 nolentes cogeret ad bibendum sic rex statue-  
 rat proponens mensis singulos de principibus suis  
 ut sumeret unusquisque quod vellet. **V**asthi quoque re-  
 gina fecit conuiuium feminarum in palatio ubi rex  
 asuerus manere consueuerat. **I**taque die septimo  
 cum rex esset hilarior. et post nimiam potionez  
 incaluisse mero. precepit maumam et bazatha et  
 arbona et bagatha et abgatha et zarath et char-  
 chas septem eunuchis qui in conspectu eius mini-  
 strabant ut introducerent reginam vasthi coram  
 rege posito super caput eius diademate. ut osten-  
 deret cunctis plebis et principibus eius pulchritu-  
 dinem. **E**rat enim pulchra valde. **Q**uerentium et ad  
 regem impium quod per eunuchos mandauerat. veni-  
 re precepit. **U**nus iratus rex et nimio furore succen-  
 sus: interrogauit sapientes quae ex more regio se-  
 ei aderat. et illorum faciebat cuncta consilio: scienti-  
 um leges ac iura maiorum. erant autem primi et pri-  
 mi charfena et zethar et admatha et tharsis et  
 mares et marsana et mamucha. septem duces per  
 se atque medorum quae videbant faciem regis et primi per  
 eum residere soliti erant. cui sententiae vasthi re-  
 gina subiaceret quae asueri regis impium quod per eu-  
 nuchos mandauerat. facere noluisse. **R**udit  
 quoque mamucha audiens rege atque principibus. **N**on  
 solum regem lesit regina vasthi. sed et omnes plebs  
 et principes qui sunt in cunctis partibus regis asue-  
 ri. **E**gredietur enim primo regine ad omnes mulieres  
 ut contemnunt viros suos et dicant. **R**ex asuerus  
 iussit ut regina vasthi intraret ad eum et illa no-  
 luit: atque hoc exemplo omnes principum coniuges per-  
 sarum atque medorum cuiuspendent imperia ma-  
 ritorum. **U**nus regis iusta est indignatio. **S**i tibi  
 placet egredietur edictum a facie tua. et scribatur  
 iuxta legem per sarum atque medorum quam preteriri illicitum  
 est: ut nequaquam ultra vasthi ingrediat ad  
 regem. si regnum illius altera quam melior est illa accipi-  
 at. **E**t si in omni quod latissimum est partium tuarum  
 diuulget impium: et cuncte uxores tam maiorum quam  
 minorum deferant maritis suis honorem. **P**la-  
 cuit consilium eius regi et principibus. fecit quoque iuxta  
 consilium mamucha. et misit epistolas ad uni-  
 uersas prouincias regni sui: ut quaeque gens  
 audire et legere poterat diuersis linguis et lit-  
 teris. esse viros principes et maiores in domi-  
 bus suis. et hoc per cunctos populos diuul-

*primaty virora.*

gari.

II

**H**is itaque gestis: postquam regis asueri in-  
 dignatio de serbuerat: recordatus est  
 vasthi quae fecisset vel quae passa esset.  
 dixerunt pueri regis ac ministri eius. **Q**uerant  
 regi puellas virgines ac speciosas. et mittant  
 qui considerent per uniuersas prouincias puellas  
 speciosas et virgines: et adducant eas ad  
 ciuitatem susan: et tradant eas in domum femi-  
 narum sub manu egei eunuchi qui est preposi-  
 tus et custos mulierum regiarum. et accipiant  
 mundum mulierum et cetera ad usus necessaria.  
**E**t quaecumque inter omnes oculis regis placuerit.  
 ipsa regnet per vasthi. **P**lacuit primo regi: et ita  
 ut suggererant iussit fieri. **E**rat vir iudeus in  
 susis ciuitate. vocabulo mardocheus filius iair  
 filij semei. filij cis. de stirpe gemini qui translatus  
 fuerat de hierusalem eo tempore quo iechoniam  
 regem iuda nabuchodonosor rex baby-  
 lonis translulerat qui fuit nutritus filie fratris sui  
 edisse qui altero nomine vocabatur hester: et utrumque  
 parentem amiserat. pulchra nimis et decora fa-  
 cie. **M**ortuusque pater eius ac mater: mardocheus si-  
 bi eam adoptauit in filiam. **L**ungumque preceperat re-  
 gis impium: et iuxta mandatum illius multe pul-  
 cre virgines adducerent susan. et egeus trade-  
 rentur eunuchis: hester quoque inter ceteras pu-  
 ellas ei tradita est: ut seruaretur in numero fe-  
 minarum. **Q**uae placuit ei et inuenit gratiam in  
 conspectu illius. **E**t precepit eunuchus ut ac-  
 celeraret mundum mulierum et traderet ei par-  
 tes suas. et septem puellas speciosissimas de do-  
 mo regis. et tam ipsas quam pedissequas eius or-  
 naret atque excoleret. **Q**uae noluit indicare po-  
 pulum et patriam suam. **M**ardocheus enim  
 preceperat ei ut de hac re omnino reticeret: quae  
 deambulabat quotidie ante vestibulum do-  
 mus in qua electe virgines seruabantur. cu-  
 ram agens salutis hester. et scire volens quid  
 ei accideret. **C**um autem venisset tempus singulae  
 per ordinem puellarum ut intrarent ad regem ex-  
 pletis omnibus quae ad cultum mulierum perti-  
 nebant. mensis duodecimus vertebatur ita dum-  
 taxat ut sex mensibus oleo ungeretur myrtino  
 et alijs sex quibusdam pigmentis et aromatibus ute-  
 rentur. **I**ngredietur quoque ad regem. quicquid postu-  
 lassent ad ornatum pertinens accipiebant et ut  
 eis placuerat compositae. de triclinio femina-  
 rum ad regis cubiculum transferantur. **E**t qui intrauerat  
 vespere egrediebatur ad matrem: atque exinde in secun-  
 das edes deducebantur: quae sub manu sasagazi  
 eunuchi erant qui cubinis regis presidebat  
 nec habebat potestatem ad regem ultra redeundi nisi  
 si voluisset rex: et eam venire iussisset ex nomine.  
**E**uoluto autem tempore per ordinem. instabat dies quo  
 hester filia abiahil fratris mardochei: quam

sibi adoptauerat in filiā deberet intrare ad regem. Que nō q̄siuit muliebrem cultū s̄ quecūq; voluit egeus eunuch<sup>o</sup> custos virginum hecei ad ornatū dedit. Erat em̄ formosa valde. ⁊ incredibili pulchritudine. oim oculis gratiosa. ⁊ amabilis videbaf. Ducta ē itaq; ad cubiculū regis asueri mense decimo q̄ vocaf thebeth. septimo anno regni ei<sup>9</sup>. ⁊ adamauit eam rex plus q̄ oēs mulieres: habuitq; gratiam ⁊ misericordiā corā eo sup oēs mulieres. et posuit diadema regni i capite ei<sup>9</sup>. fecitq; eam regnare in loco vasthi. Et iussit cōuiuū p̄parari p̄ magnificū cūctis p̄ncipib<sup>9</sup> ⁊ suis suis p̄ cōiunctiōe ⁊ nuptijs hester. Et dedit regez vniūsis puintijs: ac dona largit<sup>9</sup> ē iuxta magnificentiā p̄ncipalē. Cūq; ⁊ secūdo quereretur ygines ⁊ cōgregarent. mardocheus manebat ad ianuā regis. necdū pdiderat hester patriā ⁊ pplm suū. iuxta mādatū ei<sup>9</sup>. Quicqd em̄ ille p̄cipiebat obfuebat hester. ⁊ ita cuncta faciebat vt eo tpe solita erat q̄ eā puulam nutriebat. Eo igit tpe quo mardoche<sup>9</sup> ad regis ianuā morabaf. irati sūt bagathan ⁊ thares duo eunuchi regi: q̄ ianitores erāt. ⁊ in p̄mo palatij limine residebāt. voluerūtq; insurgere in regē ⁊ occidere eū. Ad mardocheum nō latuit. Statimq; nūciauit regine hester. et illa regi ex noie mardochei q̄ ad se rem detulerat. Quēsitū est ⁊ inuētū ⁊ ap̄ellus est vterq; eorū in patibulo. Et iussit rex vt in libro memoriali scriberet. vt p̄ vita sua aliquid rep̄saret ei. Mādatūq; est historijs. ⁊ annalib<sup>9</sup> traditū corā rege.

**P**ost hec rex asuer<sup>9</sup> exaltauit amā filium amadathi q̄ erat de stirpe agag: ⁊ posuit solū ei<sup>9</sup> sup oēs p̄ncipes q̄s habebat. Cūctiq; fui regis q̄ in forib<sup>9</sup> palatij x̄fabant flectebant genua. ⁊ adorabant amā. Sic em̄ p̄cepit eis impator. Sol<sup>9</sup> mardocheus nō flectebat genu. neq; adorabat euz. Cui dixerūt pueri regis qui ad fores palatij refidebant. Cur p̄ter ceteros nō obfueas mandatum regis? Cūq; h̄ crebrius dicerēt. ⁊ ille nollet audire. nūciauerunt aman scire cupientes vtrū pseueraret in sententia. Dixerat em̄ eis se esse iudeuz. Ad cū audisset aman ⁊ experimento p̄basset q̄ mardoche<sup>9</sup> nō sibi flecteret genu nec se adoraret. irat<sup>9</sup> est valde. ⁊ p̄nibulo duxit in vnū mardocheū mittere man<sup>9</sup> suas. audierat em̄ q̄ esset gentis iudee. magisq; voluit oēm iudeorū q̄ erāt in regno asueri p̄dere nationem. Mēse p̄mo cui<sup>9</sup> vocabluū est nisan anno duodecimo regni asueri missa est fors in vnaq; que hebraice dicif phur coram aman quo die ⁊ quo mense gens iudeorū deberet interfici. ⁊ exiuit mēsis duodecim<sup>9</sup> vo-

catur adar. Dixitq; amā regi asuero. Est populus p̄ oēs puintias regni tui dispersus. et a se mutuo sepat<sup>9</sup>: nouis vtēs legibus ⁊ ceremonijs. insup ⁊ regis scita ⁊ temmens. Et optime nosti q̄ nō expediat regno tuo vt inolescat p̄ licētiā. Si tibi placet decerne vt pereat. ⁊ decē milia talentorū appendam arcarijs gaze tue. Tulit ergo rex annulū q̄ vtebaf de manu sua. ⁊ dedit eū aman filio amadathi de p̄genie agag hosti iudeorū: dixitq; ad eū. Argentū qd tu polliceris. tuū sit. de p̄lo age qd tibi placet. Vocatiq; sunt scribe regis mense p̄mo nisan tertiadecima die eiusde mensis. ⁊ scriptū est vt iusserat amā ad oēs satrapas regis. ⁊ iudices puintiarū diuerfarūq; gentiū: vt queq; gens legere poterat ⁊ audire p̄ varietate linguarū ex noie regis asueri. ⁊ littere signate ipsi<sup>9</sup> annulo. misse sunt p̄ cursores regis ad vniuersas puintias. vt occiderent atq; delerent omēs iudeos a puero vsq; ad senem puulos ⁊ mulieres vno die. h̄ est tertio decio mensis duodecimi qui vocatur adar. ⁊ bona eorum diriperēt. Summa autē epistolaz hec fuit. vt oēs puintie scirent ⁊ pararēt se ad p̄dictā diē. Festinabant cursores q̄ missi erant regis imperiū explere. Statimq; in susis pendit edictū: rege ⁊ aman celebrāte cōuiuū ⁊ cūctis iudeis q̄ in vbe erant flētibus.

**Q**ue cū audisset mardoche<sup>9</sup>. scidit vestimenta sua. ⁊ indutus est sacco. spar gens cinerē capiti ⁊ i platea ciuitatis voce magna clamabat ostendēs amaritudinem animi sui. ⁊ hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiēs. Non em̄ erat licitū indutum sacco aulā regis intrare. In oib<sup>9</sup> quoq; puintijs: opidis ac locis ad que crudele regis dogma puenerat. plāc<sup>9</sup> ingēs erat apud iudeos ieiunius. vular<sup>9</sup> ⁊ flet<sup>9</sup>. sacco ⁊ cinere multis p̄strato vtentib<sup>9</sup>. Ingressē aut sūt puelle hester ⁊ eunuchi: nūciauerūtq; ei. Quod audies cōsternata est. ⁊ vestē misit vt ablato sacco indueret eā. Quā accipe noluit. Accitoq; athach eunuchō quē rex ministrū ei dederat p̄cepit vt iret ad mardocheum ⁊ disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq; athach iuit ad mardocheū. ⁊ inuenit eum statē in platea ciuitatis an ostiū palatij. Qui idicauit ei oia q̄ acciderāt quō aman pmisisset vt in thesauros regis p̄ iudeorū nece inferret argentum. exemplar quoq; edicti qd pendeat in susis dedit ei vt regine ostēderet. ⁊ moneret eam: vt intraret ad regē. ⁊ dep̄caret euz p̄ p̄lo suo. Regressus athach nūciauit hester oia q̄ mardocheus dixerat. Que r̄ndit ei. ⁊ iussit vt diceret mardocheo. Oēs fui regis ⁊ cūcte que sub ditione ei<sup>9</sup> sunt nozūt puintie. q̄ siue vir

ster adamat

murates occidunt

Mardocheus adoratur Aman

# Hester

siue mulier nō vocat<sup>r</sup>: interi<sup>9</sup> atriu regī intra-  
uerit: absq<sup>e</sup> vlla cunctatiōe statim interficiat<sup>r</sup>  
nisi forte rex aureā v<sup>g</sup>ā ad euz tetenderit pro  
signo clemētie: atq<sup>e</sup> ita possit viuere. Ego igitur  
quō ad regē intrare potero: q̄ triginta iaz  
dieb<sup>9</sup> nō sum vocata ad eū. Ad cum audisset  
marchode<sup>9</sup>: rursum mādauit hester dicens.  
Ne putes q<sup>d</sup> aiam tuā tm̄ liberes: quia in do-  
mo regis es p̄ cūctis iudeis. Si em̄ nūc silue-  
ris: p̄ aliā occasionem liberabunt<sup>r</sup> iudei et tu  
et dom<sup>9</sup> p̄ris tui pibitis. Et quis nouit vtrū  
idcirco ad regnū veneris: vt in tali tpe para-  
reris. Rursumq<sup>e</sup> hester hec mardocheo vba  
mādauit. Vade et cōgrega oēs iudeos q̄s in  
suis repereris et orate p̄ me. Nō comedetis  
et nō bibetis trib<sup>9</sup> dieb<sup>9</sup> et tribus noctibus: et  
ego cū ancillis meis sicut ieiunabo: et tūc in-  
grediar ad regē: cōtra legē faciēs non vocata  
tradēsq<sup>e</sup> me morti et piculo. Fuit itaq<sup>e</sup> mardo-  
cheus et fecit om̄ia que hester p̄cepit. V

**D**e aut<sup>em</sup> tertio induta ē hester regalib<sup>9</sup>  
vestimentis et stetit in atrio dom<sup>9</sup> re-  
gie qd̄ erat interi<sup>9</sup> p̄tra basilicā regis  
Et ille sedebat sup̄ soliu suū in consistorio pa-  
latij p̄tra ostiū dom<sup>9</sup>. Cūq<sup>e</sup> vidisset hester re-  
ginā stantē placuit oculis ei<sup>9</sup> et extendit p̄tra  
eā v<sup>g</sup>ā aureā quā tenebat manu. Que acce-  
dens osculata ē summitatē virge ei<sup>9</sup>: dixitq<sup>e</sup>  
ad eā rex. Quid vis hester regina? Que ē pe-  
titio tua? Et si dimidiā ptem regni petieris  
dabif tibi. At illa r̄ndit. Si regi placet obse-  
cro vt venias ad me hodie et aman tecum ad  
cōuiuū qd̄ parauit. Statimq<sup>e</sup> rex vocate in-  
quit cito amā vt hester obediat volūtati. Ve-  
nerūt itaq<sup>e</sup> rex et aman ad cōuiuū qd̄ eis re-  
gina parauerat. Dixitq<sup>e</sup> ei rex postq<sup>e</sup> vinum  
biberat abundan<sup>ter</sup>. Quid petis vt detur tibi  
et p̄ qua re postulas? Et si dimidiā ptem re-  
gni mei petieris impetrabis. Qui r̄ndit hester  
Petitio mea et p̄ces sunt iste. Si inueni in cō-  
spectu regis grām: et si regi placet vt det mihi  
qd̄ postulo et meā impleat petitionez: veniat  
rex et aman ad cōuiuū qd̄ parauit eis: et cras  
apiam regi voluntatē meā. Egressus est itaq<sup>e</sup>  
illo die aman letus et alacer. Cūq<sup>e</sup> vidisset  
mardocheū sedentē añ fores palatij et non sol-  
lum non assurrexisse sibi: sed nec morū qd̄ de  
loco sessionis sue: indignat<sup>9</sup> est valde: et dissi-  
mulata ira reuersus in domū suā: conuocauit  
ad se amicos suos: et zares vxorē suā: et expo-  
suit illis magni iudine diuitiarū suarū filiorū:  
q<sup>e</sup> turbam et q̄sta eū gloria sup̄ oēs p̄ncipes et  
suos suos rex eleuasset. Et post hec ait. Re-  
gina quoq<sup>e</sup> hester nullū aliū vocauit ad con-  
uiuū cū rege p̄ter me: apud quā etiā cras cū  
rege pransurus sum. Et cū hec om̄ia habeam

*uictant in Aman*

nihil me h̄re puto q̄diu videro mardocheus  
iudeū sedentē añ fores regias. Rūderuntq<sup>e</sup>  
ei zares vxor eius et ceteri amici. Iube para-  
ri excelsum trabē habentē altitudinis quin-  
ginta cubitos: et dic mane regi vt appēdatur  
sup̄ eam mardocheus et sic ibis cū rege letus  
ad p̄uiuū. Placuitq<sup>e</sup> ei p̄siliū: et iussit excelsā  
p̄parari crucem. VI

**N**octem illā duxit rex in somnē: iussit  
q<sup>e</sup> sibi afferri hystorias et annales p̄-  
riū temporū. Que cū illo p̄nte legerē  
uentū est ad illū locū vbi scriptū erat quō nū-  
ciasset mardoche<sup>9</sup> insidias bagathan et tha-  
res eunuchorū: regē afuerū iugulare cupien-  
tiū. Ad cū audisset rex ait. Quid pro hac fide  
honor! ac p̄mij mardoche<sup>9</sup> p̄secut<sup>9</sup> ē? Dixit  
ei fui illi<sup>9</sup> ac ministri. Nihil oino mercedis ac-  
cepit. Statimq<sup>e</sup> rex. Quis ē inquit in atrio?  
Aman quippe interi<sup>9</sup> atriu domus regie in-  
trauerat: vt suggeret regi: et iuberet mardo-  
cheum affigi patibulo quod ei fuerat p̄para-  
tū. Rūderūt pueri. Aman stat i atrio. Dixitq<sup>e</sup>  
rex: ingrediatur. Cūq<sup>e</sup> cēt ingressus ait illi.  
Quid debet fieri viro quē rex honorare desi-  
derat? Cogitans aut<sup>em</sup> in corde suo aman: et re-  
putans q<sup>d</sup> nullū aliū rex nisi se vellet honora-  
re: r̄ndit. Hō quē rex honorare cupit debz in-  
dūi vestib<sup>9</sup> regijs: et imponi sup̄ equū qui de  
sella regis ē: et accipe reglū diadema sup̄ ca-  
put suū: et p̄m<sup>9</sup> de regijs p̄ncipib<sup>9</sup> ac tyrānis  
tneat equū ei<sup>9</sup>: et p̄ plateā ciuitatis incedēs  
clamet: et dicat. Sic honorabif quēcunq<sup>e</sup> vo-  
luerit rex honorare. Dixitq<sup>e</sup> ei rex. Festina et  
sumpta stola et equo fac vt locut<sup>9</sup> es: mardo-  
cheo iudeo q̄ sedet añ fores palatij. Cauene  
q̄c̄q<sup>e</sup> de his q̄ locut<sup>9</sup> es p̄termittas. Tulit itaq<sup>e</sup>  
aman stolā et equū: indutūq<sup>e</sup> mardocheus  
in platea ciuitatis: et ipositus equo: p̄cedebat  
atq<sup>e</sup> clamabat. Hoc honore cōdignus ē quē-  
cunq<sup>e</sup> rex voluerit honorare. Reuersusq<sup>e</sup> est  
mardoche<sup>9</sup> ad ianuā palatij: et aman festina-  
uit ire in domū suā lugens et opto capite: nar-  
rauitq<sup>e</sup> zares vxori sue et amicis oia que eue-  
nissent sibi. Qui rūderūt sapiētes q̄s habebat  
in consilio et vxor eius: Si de semine iudeorū  
ē mardocheus añ quē cadere cepisti nō pote-  
ris ei resistere: sed cades in cōspectu ei<sup>9</sup>. Ad-  
huc illis loquētib<sup>9</sup> venerūt eunuchi regi et ci-  
to eū ad cōuiuū qd̄ regina parauerat: p̄gere  
cōpulerunt. VII

**I**trauit itaq<sup>e</sup> rex et aman: vt biberēt  
cū regina. Dixitq<sup>e</sup> ei rex etiā secūdo  
die postq<sup>e</sup> vino incaluerat. Que ē pe-  
titio tua hester vt det tibi: et qd̄ vis fieri? Et  
si dimidiā ptem regni mei petieris impetra-  
bis. Ad quē illa r̄ndit. Si inueni gratiā i oca

*parat patibulo*

*gratiā i regis*

*pro multo regis*

# Hester.

his tuis dixerat: et si placet: dona mihi aiam meam pro qua rogo: et propter meum pro quo obsecro. Tradidit enim sum ego et propter meos ut conteramur fugulemur et pereamus. Atque utinam in suos et famulas venderemur: esset tollerabile malum et gemens tacerem: nunc autem hosti non est cui crudelitas redudat in regem. Responditque rex asuerus ait. Quis est iste et cui potest: ut hec audeat facere? Dixitque hester. Hostis et inimicus non pessimus iste est aman. Quod ille audiens ilico obstupuit: vultu regis ac regine ferre non sustinens. Rex autem iratus surrexit: et de loco conuiuii intravit in hortum arboribus constitum. Aman quoque surrexit ut rogaret hester reginam pro anima sua: intellexit enim a rege sibi paratum malum. Qui cum reuersus esset de horto nemoribus constituto: et intrasset conuiuii locum: reperit aman super lectum corruisse in qua iacebat hester: et ait. Etiam reginam vult opprimere me prope in domo mea. Recedens verbum de ore regis extierat: et statim operuit faciem eius. Dixitque arbona vir de eunuchis qui stabant in ministerio regis. En lignum quod parauerat mardocheo qui locutus est pro rege. statim in domo aman: huius altitudinis quinquaginta cubitos. Qui dixit rex. Appendite eum in eo. Suspensus est itaque aman in patibulo quod pauerat mardocheo: et regis ira quiescit.

**D**e illo dedit rex asuerus VIII hester regine domum aman aduersarii iudeorum et mardochei ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei hester quod esset patruus suus. Tulitque rex annulum quem ab aman recipi iusserat: et tradidit mardocheo. Hester autem constituit mardocheum super domum suam. Hec his contenta percudit ad pedes regis: fleuitque et locuta ad eum orauit ut malicia aman agagite: et machinationes eius pessimas quas excogitauerat contra iudeos iuberet irritas fieri. Et ille ex more sceptrum aureum protendit manu: quasi signum clementie monstrabat. Illa quoque surgens stetit ante eum: et ait. Si placet regi: et si inueni gratiam in oculis eius: et deprecatione mea non ei videbitur esse contraria: obsecro ut nominis epulas veteres aman lre infidiatoris et hostis iudeorum: quibus eos in cunctis regis principibus prope preceperat corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necesse et interfectionem populi mei? Responditque rex asuerus hester regine et mardocheo iudeo. Domum aman percussit hester regine: et ipsum iussit affigi cruci: quia ausus est manum mittere in iudeos. Scribite ergo iudeis sicut vobis placet ex regis nomine: signantes litteras annulo meo. Hec enim consuetudo erat: ut epulas que ex regis nomine mittebantur: et illius annulo signate erant nemo auderet contradicere. Accitisque scribis et libariis regis: erat autem tempus tertium mensis: qui

appellatur siban: vicecima et tertia illius die: scripte sunt epule ut mardocheus voluerat ad iudeos et ad principes procuratoresque et iudices: qui centum viginti septem principibus ab india usque ethiopia profidebant: principibus atque principibus: populo et populo: iuxta linguas et litteras suas: et iudeis prout legere poterant et audire. Ipse quoque epule que ex regis nomine mittebantur: annulo illius obsignate sunt et misse per veredarios: qui per omnes principibus discurrerent: veteres litteras novis nunciis pervenirent. Quibus impavit rex: ut convenirent iudeos per singulas civitates: et in unum precipere congregari: ut starent palatium suis et omnes inimicos suos cum coniugibus et liberis et universis domibus interficerent atque decernerent. Et constituta est per omnes principibus una ultionis dies. id est. tertiadecima die mensis duodecimi adar. Summa quoque epule hec fuit ut in omnibus terris ac principibus que regis asueri subiacerent imperio: notum fieret paratos esse iudeos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Egredientibus sunt veredarum celeres nuncios preferentes: et edictum regis percipere in susis. Mardocheus autem de palatio et de conspectu regis egrediens fulgebatur vestibus regis hyacinthinis videlicet et aerinis coronam auream portans in capite et amictus serico pallio atque purpureo. Dominus quoque civitas exultavit atque letata est. Iudeis autem nova lux oriri visa est: gaudium: honor et tripudium. Apud omnes populos urbes atque principibus quocumque regis precepta veniebant mira exultatio: epule atque conuiuia et festus dies: in tantum ut plures alterius gentis et secte: eorum religioni et ceremoniis iungerentur. Grandis enim cunctos iudaici nominis terror inuaserat.

**I**gitur duodecimo IX mensis quem adar vocari ante iam diximus: tertiadecima die quando cunctis iudeis interfectio parabat: et hostes eorum inhiabant sanguini: versa vice superiores iudei esse percipunt: et se de aduersariis vindicare. Congregati quoque sunt per singulas civitates et oppida et loca: ut extenderent manum contra inimicos et persecutores suos. Nullusque ausus est resistere eo quod omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. Quia et principum iudices duces et procuratores: omnesque dignitates que singulis locis et opibus preerat: extollebant iudeos timore mardochei quem principem esse palatii et plurimum posse cognoverant. Fama quoque nominis eius crescebat quotidie: et per cunctorum ora volitabat. Itaque percusserunt iudei inimicos suos plaga magna et occiderunt eos: reddentes eis quod sibi parauerant facere: in tantum ut etiam in susis quingentos viros interficerent: et decem filios aman agagite hostis iudeo: unum

*ama et inimicus gela  
maly*

*ama suggestio*

*regis dicitur renovari*

Quorū ista sunt noīa pharandathan ⁊ del-  
phon ⁊ esphatha ⁊ phozata et adalia ⁊ arida  
tha ⁊ ephermecha arisai ⁊ aridai ⁊ vaifatha.  
Quos cū occidissent p̄das de substātijs eorū  
agerenoluerūt. Statimq; numer⁹ eorum qui  
occiserāt in susis ad regē relatus est. Qui di-  
xit regine. In vrbe susis interfecerunt iudei  
quingentos viros ⁊ alios decem filios aman  
Quātā putas eos exercere cedem in vniūsis  
prouintijs: Quid vltra postulas ⁊ qd vis vt  
feri iubeā: Cui illa r̄ndit. Si regi placet def-  
potestas iudeis: vt sicut fecerūt hodie i susis  
sic ⁊ cras faciāt: ⁊ decē filij aman i patibulis  
suspendant. Precepit rex vt ita fieret. Stati-  
q; in susis pependit edictū: ⁊ decē filij aman  
suspendi sunt. Cōgregatis iudeis q̄rtadecima  
die mensis adar: interfecti sunt in susis trecē /  
ti viri: nec eorū ab illis direpta substātia ē: s̄  
⁊ p̄ omēs puintias que ditioni regi subiace-  
bant p̄ animab⁹ suis steterūt iudei: infectis  
hostib⁹ ac p̄secutoribus suis: int̄m vt septua-  
ginta q̄nq; milia occisoz implerent: ⁊ nullus  
de substātijs eorū quicq; p̄tingeret. Dies au-  
tem tertiusdecimus mēsis adar: vn⁹ ap̄ oēs  
interfectiōis fuit: ⁊ q̄rtadecima die cedere de-  
sierunt. Quē cōstituerunt esse solennē: vt i eo  
omī tempe deinceps vacarēt epulis. gaudio  
atq; p̄uiuijs. At hi qui in vrbe susis cedē ex-  
ercuerāt tertio decimo ⁊ q̄rtodecimo die eius-  
dem mēsis in cede vsati sunt: q̄ntodecimo at  
die p̄cutre desierūt. Et idcirco eundem diez  
constituerūt solennē epularū atq; leticie. Hi  
x̄o iudei qui in oppidis nō muratis ac villis  
morabant: quartūdecimū diē mēsis adar cō-  
uiuioz ⁊ gaudiū decreuerūt: ita vt exultēt in  
eo ⁊ mittāt sibi mutuo p̄tes epularū ⁊ ciboz  
Scripsit itaq; mardocheus omīa hec: ⁊ litte-  
ris cōprehēsa misit ad iudeos q̄ in omib⁹ regi  
p̄uitijs morabāt tā i vicino positū q̄ p̄cul vt  
quartādecimā ⁊ q̄ntādecimā diē mēsis adar  
p̄ festis susciperēt: ⁊ reuertente semp̄ anno so-  
lenni celebrarēt honore: quia in ipsis diebus  
se v̄ti sunt iudei de inimicis suis: ⁊ luctus at  
q; tristitia in hilaritatē gaudiūq; p̄uersi sunt  
essentq; dies isti epularū atq; leticie: ⁊ mitte-  
rent sibi inuicē ciboz p̄tes: ⁊ paupib⁹ munu-  
scula largirent. Susceperūtq; iudei in solen-  
nem ritū cūcta que eo tempe facere ceperant  
⁊ que mardoche⁹ litteris faciēda mādauerat  
Aman em̄ fili⁹ amadathi stirpis agag hostis  
⁊ aduersarius iudeoz cogitauit cōtra eos  
malum: vt occideret illos atq; deleret: ⁊ misit  
phur qd n̄ra lingua vertit in soitez: ⁊ postea  
ingressa est hester ad regē obsecrās vt conat⁹  
cuis lris regis irriti fierēt: ⁊ malū quod p̄tra-  
iudeos cogitauerat reūteret i caput ei⁹. Be-

niq; ⁊ ipm ⁊ filios ei⁹ affixerūt cruci atq; ex il-  
lo tempe dies isti appellati sunt phurim: id est  
fortiū: eo q; phur. id ē soz. i vnā missaffuerit  
Et cūcta que gesta sunt ep̄le. id ē. libri huius  
volumine cōtinent: queq; sustinuerūt ⁊ que  
deinceps imutata sunt: suscepūt iudei sup-  
se ⁊ semē suū: ⁊ sup cūctos q̄ religioni eorum  
voluerūt copulari: vt nulli liceat duos hos di-  
es absq; solennitate trāsigere q̄s scriptura te /  
stat: ⁊ cetera expetūt tempa annis sibi iugit̄  
succedētibus. Isti sūt dies q̄s nulla vnq; de-  
lebit obliuio: ⁊ p̄ singulas generatiōes cūcte  
in toto orbe puintie celebrabūt: nec ē vlla ci-  
uitas in qua dies phurim. id ē. fortiū: non ob-  
seruent a iudeis ⁊ ab eorū p̄genie q̄ his ceri-  
monijs obligata est. Scripserūtq; hester re-  
gina filia abiahil ⁊ mardoche⁹ iudeus etiā se-  
cundam ep̄lam: vt omī studio dies ista solen-  
nis sanciret in posterū. Et miserūt ad oēs iu-  
deos q̄ in cētū vigintiseptē puintijs regi asue-  
ri vsabant: vt haberēt pacē ⁊ suscipent verit̄-  
tatē: obfuentes dies fortiū: ⁊ suo tempe cuz  
gaudio celebrarēt: sic p̄stituernat mardoche-  
us ⁊ hester. Et illi obfuaāda suscepunt a se  
⁊ a femine suo ieiunia atq; clamores ⁊ fortiuz  
dies: ⁊ omīa quelibri hui⁹ qui vocat hester  
hystoria continent. X

**R**ex x̄o asuerus oēm terram ⁊ cūctas  
maris insulas: fecit tributarias: cui⁹  
fortitudo ⁊ impiū ⁊ dignitas atq; sb-  
limitas q̄ exaltauit mardocheū: scripta sūt in  
libris medozū atq; psarū: ⁊ quō mardocheus  
iudaici generis secūd⁹ a rege asuero fuerit: et  
magn⁹ apud iudeos: ⁊ acceptabilis plebi fra-  
trū suozum: q̄rens bona p̄lo suo ⁊ loquens ea  
q̄ ad pacē seminis sui p̄tinerent. Que haben-  
tur in hebreo plena fide exp̄ssi: hec aut̄ que se-  
quunt: scripta reperi in editiōe vulgata que  
grecoz lingua ⁊ lris cōtinent: ⁊ interim post  
finē libri b̄ caplm̄ ferebat: qd iuxta p̄suetudi-  
nē nostrā obelo. id ē. veru p̄notauim⁹. Bi-  
ritq; mardocheus. A deo facta sunt ista. Re-  
cordat⁹ suz somnū qd viderā: hec eadē signifi-  
cantis: nec eorū quicq; irritū fuit. Daru⁹ fōs  
q̄ creuit in fluuiū ⁊ in lucē solemq; p̄uersus ē  
⁊ in aq̄s plūmas redundauit hester est: quam  
rex accepit vxorē ⁊ voluit esse reginaz. Duo  
aut̄ dracones: ego sum: ⁊ aman. Gētes q̄ con-  
uenerant: hi sunt qui conati sunt delere nomē  
iudeozū. Sens autē mea isrl̄ est que clamauit  
ad dñm: ⁊ saluū fecit p̄lm̄ suum: liberauitq;  
nos ab omib⁹ malis: ⁊ fecit signa magna at-  
q; portenta inter gētes ⁊ duas sozies esse p̄ce-  
pit: vnā p̄li dei: ⁊ alteram cunctarū ḡntium  
Venitq; vtraq; soz in statutum ex illo iā tē-  
pore coram deo vniuersis gentibus: et recoz /

*dux felix p̄ger*

*Somnū cony*

datus est dñs ppli sui: ac misertus hereditatis sue. Et obfuabunt dies isti in mēse adar: quādecima et quādecima die eiusdē mensis: cū omni studio et gaudio in vnū cetū ppli congregati in cunctas deinceps generatiōes populi israel.

**A**nno quarto regnātibus ptolomeo et cleopatra: attulerūt dositheus qui se sacerdotē et leuitici generis ferēbat: et ptolomeus filius ei⁹ hāc eplam phurim: quā dixerunt interpretatā esse lysimacum ptolomei filiū in hierl'm. Hoc quoq; pncipiū erat i editione vulgata: qđ nec in hebreo: nec apud vltimū serf̄ interpretum. Anno secundo regnante artaxerxe maximo: p̄ma die mēsis nisan vidit somniū mardocheus fili⁹ iaberi. fili⁹ semei fili⁹ cis de tribu bentamin. hō iude⁹ q̄ habitabat in vrb̄c susis. vir magn⁹ et inf̄ p̄mos aule regie. Erat autē de eo numero captiuorum q̄s transtulerat nabuchodonosor rex babylonis de hierl'm cum iechonia rege iuda. et hoc eius somniū fuit. Apparuerūt voces et tumultus tonitrua et terremotus et p̄turbatio sup̄ terram et ecce duo dracones magni paratiq; cōtra se in plium. Ad quorū clamores cuncte p̄citate sunt nationes. vt pugnarēt cōtra gentē iustorum. Fuitq; dies illa tenebrarū et discriminis tribulationis et angustie. et ingēs formido super terrā. Cōturbata q; est gens iustorū timētium mala sua: et p̄parata ad mortē. Clamarūtq; ad deū: et illis vociferantib⁹ fons pius creuit in fluuiū maximū: et in aquas plimas redundauit. Lux et sol ortus ē. et humiles exaltati sunt. et deuorauerūt inclites. Ad cum vidisset mardocheus et surerexisset de strau. cogitabat qđ deus facere veliet et firū habebat in animo scire cupiens quid significaret somniū.

**M**orabat autē eo tempe in aula regis cū bagatha et thara cunuchis regis. q̄ ianitores erant palatij. Cūq; intellexisset cogitationes eorū et curas diligentē p̄uidisset: didicit q; conarēt in regem artaxerxem man⁹ mittere. et nūciauit sup̄ eo regi. Qui de vtroq; habita questione: p̄fessos iussit duci ad mortem. Rex autē qđ gestum erat scripsit in cōmētarijs. Sz et mardocheus rememoriā h̄ris tradidit. Precepitq; ei rex vt i aula palatij moraret: datis ei p̄ delatiōe munerib⁹ Aman v̄o fili⁹ amadathi bugeus erat gloriosissimus corā rege. et voluit necē mardocheo et pplō eius p̄ duobus cunuchis regis q̄ fuerāt interfecti. Hucusq; p̄hemū que sequūt̄ i eo loco posita erāt vbi scrip̄uz est in volumine. Et diripuerūt bona vel substantias eoruz. Que in sola vulgata editione

repperimus. Epistole autem hoc exemplar fuit.

**R**ex maxim⁹ artaxerxes ab india vsq; ethiopiā centuz vigintiseptē prouintiarū pncipibus et ducib⁹ q̄. eius impio subiecti sūt: salutē. Cū plimis gentib⁹ imparem. et vniuersum orbē mee ditioni subiugassem: volui nequaquā abuti potenti magnitudine: sed clemētia et lenitate gubernare subiectos. vt absq; villo terrore vitam silentio trāsfigētes optata cūctis mortalib⁹ pace fruerent. Querere autē me a cōsiliarijs meis quō posset hoc impleri: vn⁹ qui sapiētia et fide ceteros p̄celleret: et erat post regem secundus aman nomine indicauit mihi i toto orbe terrarum pplim esse disp̄sum qui nouis vteretur legibus: et cōtra oīm gentiū p̄suetudinē faciēs regū iussa contemneret: et vniuersarū concordiam nationū sua dissensio violaret. Quod cū didicissemus: vidētes vnā gentē rebellem aduersus oīm hominū gen⁹ p̄uersis vti legibus: n̄ f̄ p̄ iussioib⁹ p̄traire et turbare subiectaz nobis p̄uintiaz pacē atq; cōcordiam iustissimū: et quoscūq; aman q̄ oīb⁹ p̄uinitijs p̄positus est: et secūds a rege: et quez patri loco colimus mōstrauerit: cū cōiugibus ac liberis delectant ab inimicis suis: nullusq; eorū misereat: quādecima die duodecimi mēsis adar ani p̄ntis vt nepharū hoies vna die ad inferos descendentes: reddant impio n̄ro pacē quā turbauerant. Hucusq; exemplar eple. Que sequunt̄: post eū locum scripta reperit: ibi legit̄. Pergensq; mardocheus fecit oīnia que ei mandauerat hester: nec tñ habetur in hebraico: et apud nullū penitus ferunt̄ interpretum. Mardoche⁹ autē desp̄catus est dñm: memor omnium operū ei⁹: et dixit. Dñe dñe rex omnipotens: in ditione em̄ tua cuncta sunt posita: et nō est q̄ possit tue resistere voluntati: si decreueris saluare isrl. Tu fecisti celū et terram: et quicquid celi ambitu continetur: dñs omnium es: nec est qui resistat maiestati tue. Cuncta nosti et scis: quia non p̄ supbia et cōtumelia et aliqua glorie cupiditate fecerim hoc: vt nō adorarem aman sup̄bissimū: libenter em̄ p̄ salute israel etiam vestigia pedū eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorem dei mei transferrem ad hominē et ne quēquā adorarem: excepto deo meo. Et tunc dñe rex deus abraam: miserere ppli tui: qz volunt nos inimici n̄ri p̄dere: et hereditatez tuā deleere. Ne despicias p̄tem tuaz quā redemisti de egypto. Exaudi desp̄cationē meā: et p̄pitius esto sorti et funiculo tuo et p̄uerte lucū nostz in gaudiū: vt viuētes laudem⁹ nomē tuū domine: et ne claudas ora te canētū. Ois quoq;

*in vrb̄c susis.*

*quo*

*Marh*

israel pari mente et obsecratione clamauit ad dñm: eo q̄ eis certa moꝛs ipenderet. XIII

**H**ester quoq; regina cōfugit ad dñm: pauens p̄culum qđ iminebat. Cūq; deposuisset vestes regias: fletibus et luctu apra indumēta suscepit: et p̄ vnguē- tis varijs cinere et stecore impleuit caput: et corp⁹ suū humiliavit ieiunijs: om̄iaq; loca in q̄b⁹ antea letari cōsueuerat: criniū laceratiōe cōpleuit. Et deprecabatur dñm deū isrl: dicens. Dñe mi qui rex n̄ es solus: adiuua me solita- riam: et cui⁹ p̄ter te null⁹ ē auxiliator ali⁹. Pe- riculū meū in manib⁹ meis est. Audina p̄e meo q̄ tu dñe tulisses israel de cunctis gētib⁹ et p̄es n̄fos ex om̄ib⁹ retro maiorib⁹ suis: vt possideres hereditatē sempitēnā: fecistiq; eis sicut locutus es. Peccauim⁹ in cōspectu tuo et idcirco tradidisti nos in man⁹ inimicorum n̄rorū. Coluim⁹ em̄ deos eorū. Iustus es dñe Et nūc nō eis sufficit qđ durissima nos oppri- munt seruitute: s̄ robur manūū suarū idolorū potētie deputātes volunt tua mutare p̄missa et delere hereditatē tuā et claudere ora laudā- tiū te: atq; extinguere gloriā templi et altaris tui: vt ap̄iant ora gentiū et laudent idolorum fortitudinē: et p̄dicēt carnalē regē in sempiter- num. Ne tradas dñe sceptrū tuū his q̄ nō sūt nerideant ad ruinā n̄ram sed cōuerte p̄silium eorū sup̄ eos: et cū q̄ in nos cepit seuire: disp̄- de. Memēto dñe et ostende te nobis in tem- pore tribulationis n̄re: et da mihi fiduciā dñe rex deorū et vniuersē potestatis: tribue s̄mo- nem cōpositū in ore meo in cōspectu leonis: et transfer cor illi⁹ in odiū hostis n̄ri vt et ipse pereat: et ceteri q̄ ei consentiūt. Nos autē libe- ra in manu tua: et adiuua me nullū aliud auxi- lium habēte nisi te dñe: qui habes oim̄ scientiam: et nosti qđ oderim gloriā iniquorū: et de- steter cubile incircūctorū et om̄is alienigene Tu scis necessitatē meā qđ abominer signū su- perbie et glorie mee qđ ē sup̄ caput meū in die- bus ostentationis mee: et detester illud q̄si p̄a- num mēstruate: et nō portē in dieb⁹ silēij mei et qđ nō comederim in mēsa aman: nec mihi pla- cuerit cōuiuuiū regis: et nō biberim vinū liba- minuz: et nunq; letata sit ancilla tua ex qđ huc translata sum vsq; in p̄ntē diē nisi in te domi- ne de abraā. De⁹ fortis sup̄ oēs: exaudi vo- cem eorū qui nullā aliā spem habent et libera nos de manu iniquorum: et erue me a timore meo. Hec quoq; addita reperi in editio- ne vulgata

XV

**E**t mādaui ei (haud dubiū quin hel- ster mardocheus) vt ingredere ad re- gem: et rogaret p̄ p̄lo suo et p̄ patria sua. Memozare in q̄t dierū humilitatis tue:

quō nutrita sis in manu mea: qz aman secun- dus a rege locut⁹ ē p̄tra nos in mortē: et tu in uoca dñm et loquere regi p̄ nob: et libera nos de morte. Hec nō et ista que subdita sunt: i edi- tione vulgata reperi. Die autē tertio deposu- it vestimēta ornat⁹ sui: et circūdata ē gl̄ia sua Cūq; regio fulgeret habitu: et inuocasset oim̄ rectorē et saluatorē deū: assūpsit duas famu- las: et sup̄ vnā qđē initebat q̄si p̄ delitijs et ni- mia teneritudine corp⁹ suū ferre nō sustinens altera autē famularū sequebat dominā defluē- tia in humū indumēta sustentās. Ipa autē ro- seo colore vultū pfusa: et gratis ac nitentibus oculis tristē celabat animū: et nimio timore cō- tractū. Ingressa igit cuncta p̄ ordinem ostia stetit cōtra regē: vbi ille residebat sup̄ solium regni sui: induit⁹ vestib⁹ regijs: auroq; fulgēt et p̄ciosis lapidibus eratq; terribilis aspectu Cūq; eleuasset faciē et ardētibus oculis furo- rem pectoris indicasset: regina corruit et i pal- lozem colore mutato: lassum sup̄ ancillulā re- clinauit caput. Cōuertitq; de⁹ sp̄m̄ regi i mā- fuetudinē et festin⁹ ac metuēs exiliuit de folio et sustentans eam vlnis suis donec rediret ad se his v̄bis blandiebat. Quid habes hester Ego sum frater tu⁹: noli metuere. Nō morie- ris. Non em̄ p̄ te s̄ p̄ om̄ib⁹ hec lex p̄stituta ē. Accede igit et t̄age sceptrū. Cūq; illa retice- ret: tulit aureā v̄gā: et posuit sup̄ collū ei⁹: et osculat⁹ est eam: et ait. Cur mihi nō loqueris? Que r̄ndit. Vidi te dñe quasi agēiū dei: et cō- turbatū ē cor meū p̄ timore glorie tue. Valde em̄ mirabilis es dñe: et facies tua plena ē gra- tiarū. Cūq; loqueret: rursus corruit et pene exanimata ē. Rex autē turbabat: et oēs mini- stri ei⁹ consolabant eū. Exemplar eplē regis artaxerxis quā p̄ iudeis ad totas regni sui p̄- uintias misit: qđ et ip̄m in hebraico volumine nō habetur.

XVI

**R**ex magn⁹ artaxerxes: ab india vsq; ethiopiā centū vigintiseptē puintia- rū ducib⁹ ac p̄ncipibus q̄ n̄re iussioni obediunt: salutē dicit. Multi bonitati p̄nci- pum et honore qđ in eos collat⁹ est: abusi sunt in supbiā: et nō solū subiectos regibus nitunt opprimere: sed datā sibi gloriā nō ferentes: in ipsos qđ dederūt moliunt insidias. Nec p̄ten- ti sunt gr̄as nō agere b̄nificijs: et hūanitatē i se iura violare: s̄ dei q̄s cūcta cernētis arbitraf se posse fugere sententiā. Et int̄m̄ vefanie p- ruperūt: vt eos qđ credita sibi officia diligēter obfuāt: et ita cūcta agunt vt oim̄ laude digni sint: mēdacio:ū cuniculis conēf subūtere: dū aures p̄ncipū simplices ex sua naf̄a alios estī m̄ates callida fraude decipiūt. Que res et ex veterib⁹ p̄bat hystorijis: et ex his qđ geruntur



# Prologus

quod tridie: quod malis quondam suggestioibus regum studia deprauent. **U**n puidendum est paci omnium punitiarum. **N**ec putare debet si diuersa iubeam ex animi nostri venire leuitate: sed pro qualitate et necessitate temporum ut rei publice possit utilitas ferre sententiam. **E**t ut manifestum quod dicimus intelligat. **A**man filius amadath: et a iugente macedo: alienusque a psarum sanguine et pietate nostram suam crudelitatem commaculans peregrinus a nobis susceptus est: et tantam in se expertus humanitatem ut pro nomine vocaretur: et adoraretur ab omnibus post regem secundus: qui in tantum arrogantie tumore sublatus est: ut regno priuare nos nitretur et spiritu. **N**am marchodeum cuius fidei et beneficij viuimus et prosperitatem regni nostri hester: cum omni gente sua nouis quibusdam atque inauditis machinis experit in morte: hoc cogitans ut illis infestis insidiaretur nostre solitudini et regnum psarum transferret in macedonas. **N**os autem a pessimo mortaliu iudeos neci destinatos: in nulla penitus culpa repperimus sed e contrario iustis veteribus legibus: et filios altissimi et maximi semper uidentis dei cuius beneficio et prioribus nostris et nobis regnum est traditum: et usque hodie custodimus. **U**n eas litteras que sub nomine nostro ille direxerat sciat esse irritas. **P**ro quod scelere ante portas huius urbis id est suscipis: et ipse qui machinatus est: et ois cognatus eius pendet in patibulis: non nobis sed deo reddente ei quod meruit. **H**oc autem edictum quod nunc mittimus in cunctis urbibus proponat: ut liceat iudeis uti legibus suis. **Q**uibus debet esse amiculo ut eos que se ad necem eorum parauerat: possint inficere: tertiadecima die mensis duodecimi qui uocatur adar. **H**anc enim diem deus omnipotens meritis et lucris eis vertit in gaudium. **U**n et vos inter ceteros festos dies: hanc habetote diem: et celebrate eam cum omni leticia: ut et in posterum cognoscant: omnes qui fideliter preceptis obediunt dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiant regno eorum: pro scelere. **O**mnis autem punitia et ciuitas que noluerit solennitatis huius esse princeps gladio et igne pereat: et sic deleat ut non solum hominibus sed etiam in uia bestis sit in sempiternum: pro exemplo contemptus et inobedientie.

Explicit liber hester. Incipit prologus in Job. secundum translationem septuaginta.

**Q**uod pro singulis scripture diuine libros aduersariorum respondere maledicti: qui interpretationem meam reprehensionem septuaginta interpretationum criminant quasi non et apud grecos aquila symmachus et theodotion: vel uerbum eorum: vel sensum e sensu: vel ex utroque commixtum et medie temperatum generum translationis expresserint

et omnia veteris instrumenti volumina. **Q**uoniam obeliscis astericisque distinguit: quos uel additos uel de theodotione sumptos translationi antique inseruit: probas defuisse quod additum est. **D**iscant igitur obrectatores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt: aut interpretationem meam cum astericis suis radere. **N**ec enim fieri potest ut quos plura intermississe susceperint: non eisdem etiam in quibusdam errasse fateantur: precipue in iob: cui si ea que sub astericis addita sunt subtraxeris pro maxima detruncabis: et hoc dicitur apud grecos **T**erum apud latinos ante eam translationem quam sub astericis et obeliscis nup edidimus: septingenti ferme aut octingenti uersus defuerunt: ut de curtatus et laceratus corrosusque liber: fediditatem sui publice legentibus prebeat. **H**ec autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretationem: sed ex ipso hebraico arabicoque sermone: et interdum syro: nunc hebraice: nunc sensus: nunc simul utrumque resonabit. **O**bliguus enim etiam apud hebreos totus liber fertur et lubricus: et quod greci rethores uocant schematismenos: dum qui aliud loquitur aliud agit. **E**t si uelis anguillam uel murenulam strictis tenere manibus: quanto fortius presteris tanto citius elabes. **O**mnium me ob intelligentiam huius voluminis lydeum quendam preceptorem: qui apud hebreos primus haberi putabatur: non quia redimisse numeris: cuius doctrina an aliquid profecerim: nescio. **H**oc unum scio: non potuisse me interpretari: nisi quod aut intellexeram. **A** principio itaque voluminis usque ad uerba iob apud hebreos prosa oratio est. **P**ro quo a hebreis iob in quibus ait. **P**ereat dies in qua natus sum: et nox in qua dicitur est conceptus est homo: usque ad eum locum ubi autem finem voluminis scriptum est. **I**dcirco ipse me reprehendo et ago penitentiam in fauilla et cinere: herametri solus sunt: dactylo spondeoque currentes: et propter lingue idioma crebro recipientes et alios pedes: non earum syllabarum: sed eorum runderem temporum. **I**nter dum quoque rhythmus ipse dulcis et tinnulus fertur numeris pedum solutis quod metrici magis quam simplex lector intelligunt. **A** supradicto autem uersu usque ad finem libri paruum coma quod remanet: prosa oratione compositum. **Q**uod si cui uideatur incredulum metra se esse apud hebreos: et in more nostro flacci grecique pindari et alcei et sappho: uel psalterium uel lametationes hieremie: uel omnia ferme scripturarum cantica comprehendit: legat philonem iosephum origenem: cesariensem eusebium et eorum testimonio me uerum dicere comprobabit. **A**udiat qualem propter canes mei: idcirco me in hoc uolumine laborasse: non ut interpretationem antiquam reprehenderem: sed ut ea que in illa aut obscura